

B.K.
406,
II.

X 186 2227

II h
1027

FELICITER!
De
CONVENTU
SAGARUM AD SUA
SABBATA,

quæ vocant,

In

Florentissimâ ad Albim Academiâ,

PRÆSIDE,

VIRO CLARISSIMO,

DN. M. GOTHOFREDO Voigt/
Delicio - Misnico, Ser. ELECT.

SAX. Alumn,

Fautore atq; Amico suo plurimum honorando,

publicam sententiarum collationem

instituet

RESPONSURUS

PHILIPP. DAVID Fuhrmann/
Neo Trept. Pomer.

Ad D. IV. Maji. clis lcc LXVII.

In Auditorio Minori, Horis consvetis.

WITTENBERGAE,
CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.
Anno clis lcc XCVIII.



I. N. J.
De

CONVENTU SAGARUM AD SUA SABBATA,

QVÆSTIO:

An Sagæ ad solemnia sua conventicula, quæ Sabbata vocant, transportari queant, & nonnunquam quoque realiter transferantur?

Auctores negantes affirmantes, Transportationis principium, medium & modus. Unquentum Sagarum. Verba. Ceremonia conventus. Non sola anima, sed sagæ totæ transferuntur. Somnia diabolica. Potentia Diaboli transportandi sagas probatur. Probatur etiam actualitas exemplis. Unanimis Sagarum confessio. Alii præter sagas, translati. Respondetur ad objectiones.

SECTIO I.

ΠΡΟΠΛΑΣΕΥΣΤΙΚΗ,
Auctorum sententias recensens.

§. I.

Negant quæstionem *Alciatus* lib. 8. Paterg. cap. 22. *Ulricus Molitor* de Python. Muller. c. 8. *Franciscus Samuel*, Minorita, integro libro, *Auctor* fortal. fid. *Ponzenibius* per tot. ferè libr. *Leonbard*, *Vairus* lib. 2. de fascino cap. 12. *Wierus* lib. 3. de præstig. Dæmon. cap. 11. *Godelmannus*, *Agrippa*, *Martinus de Arles*, *Duarenus*, *Erodius*, *Michaël Montanus*, *Johannes Salisburgensis* lib. 2. Polycrat. c. 17. *Philippus Camerar.* cap. 72. hor. subcis. *Joh. Ficbardus*. *Jetus*, qui transvectionem istam cum omnibus suis solemnitatibus vocat lauter Traum/ Gespenst/ Triegeren/ Unglaublich/ unmögliche Ding/ T. 2. Consil. III. n. 3.

§. II. Affirmant *Remigius* lib. 1. Dæmonolatr. cap. 14. 24. 29. *Penna* in Direct. inquisit. p. 2. comment. 68. *Turrecrema* supr.

A 2

Gril

Grilland. l. 2. de fortileg. qv. 7. n. 8. *Auctor* Mallei passim, *Bassius* de art. mag. prop. 9. *Petr. Domianus* Epist. 4. c. 17. *Bart. Spineus* contra Ponzinib. *Alfonso à Casp.* lib. 1. de just. hæret. punit. c. 16. *Abulensis* in cap. 4. *Matth.* qv. 47. *Joan. Dodo* in Apolog. contra Fr. *Samuelem*, *Ananias* l. 4. de Nat. Dæmon. *Silvester* in verb. hæref. n. 3. *Anglez* in 2. qv. unicâ de art. mag. art. 4. diffic. 5. *Guilb. Parisiensis* p. ult. de univers. e. 23. *Bald. Ronffeus* epist. medic. 50. *Martin. Delrio* disqvist. Mag. Tom. 1. lib. 2. qv. 16. pag. 345. seq. *Petr. Binsfeld.* d. Oper. Conclus. 11. *Beetz.* de 4. *Victor. Cajetan.* 2. 2. q. 95. a. 3. *Antonius de Torquemada* Dial. 3. Hexæm. D. *Thomas, Job. Major. Albert. Tostatus, Toletus, Simeonca, Navar. Medices, Farinac. Dambauder. Spregen. Jaquer. Nider. Bern. Commenfis, Cuman, Pegna, Casalp.* ap. *Schottum* Phys. Curios. l. 1. c. 23. p. 91. qv. & ipse ejusdem est sententiæ, *Torreblanca* lib. 2. qv. 36. *Svarez.* de Religio l. 2. c. 16. *D. Jacob. Becker* in *Hexenbüchlein* p. 25. *B. D. Baldwinus* in *Cas. Consc.* l. 3. cap. 5. cas. 7. §. 7. 7. *D. König* in *Hept. Cas. Consc. Misc.* cas. 2. p. 39. *Libavius* part. 1. sing. p. 322. *D. Dannhaver.* Exerc. Ethico-Pol. V. p. 86. Quibus etiã nostrum adjicimus calculum, existimantes, nonnunquam transportationem illam Sagarum veram quidem esse, sed sæpius phantasticam.

SECTIO II.

ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ,

Statum Controversia sistens.

§. I.

Omissâ nominum evolutione, quæ aliàs quidem multum, huic verò nostro scopo parum inservire videtur, ad rem ipsam pergimus, & in ipso statim limine distinguimus inter transportationis principium, medium & modum. Principium est vel principale vel minus principale. Principale est *Diabolus*, qui transvehit sua mancipia ad nocturna illa comitia. Hunc autem non duriori *Dæmonis* nomine appellant, sed *Magisterulum*, aliæ *Magistrum Martineum*, sive *Martinetura*, mollioribus verbis salutant. Minus principale principium sive impulsivum, variae sunt incantationes, circuli & figurae, applicatio manus ad crines, pilei aut pallii vestitura, unctio, verba, certa signa, aliæq; id genus ceremoniæ quàm

quàm plurimæ. De unguento observandum hoc est, quod illud
conficiatur ex adipe felis, canis, aut asini, vel lupi, sed potissimum
ex infantis occisi pinguedine. Hinc Diabolus maxime infantibus in-
sidiatur, immò eas etiam nonnunquam permissu DEI suffuratur,
postea ministris suis excoquendos comburendosve ad magicos
concedit usus. Utantur autem istoc suo unguento, partim baculos,
partim crura aliaq; corporis membra illinendo, idq; tum, quando
corpora de locò in locum realiter transportari satagunt. Alias
enim, quando conventibus per somnium duntaxat interesse vo-
lunt, tum in sinistram se collocant latus; aut quando malunt vi-
gilantes, quæcunq; in concilio fiunt, cernere, tum, operâ damo-
nis, ex ore vaporem quendam crassum evomunt, in quo gestorum
imagines, ut in speculo, intuentur. Neq; tamen putandum est,
unguentum illud ad realem corporum translationem simpliciter ef-
se necessarium. Nam aliquoties sine ejusdem usu sagas aliò verè
esse delectas constat. (Vid. infra §. V. καταισκ.) Hinc Auctor Mi-
rab. Myster. c. 3. p. 21. ex Bodino: Die Heyen/ inquit, in Franck-
reich glauben/ wenn sie auf einem Besen sitzen/ der zwischen ihren
Beinen ist, und sprechen etliche Wort/ daß sie weggeföhret werden
ohne Schmieren: Dargegen die in Italia haben allezeit einen Bock
für der Pforten/der auf wartet/ umb sie hinweg zu führen. Interim
adhibet unctionem illam dæmon, tum quia plerumq; timidiores sunt
sagæ, ut audeant; tum quia teneriores sunt ad horribilem illum con-
tactum in assumpto corpore ferendum. Unguento autem eo sensus
obstupescit, omneraq; animo timorem excutit. Cæterum ad verba
quod attinet, etiam hæc pro varietate modi variant. Nam in phan-
tasticâ representatione, in nomine omnium diabolorum obdormisce-
re dicuntur; in reali verò transmigratione sequenti, uti ajunt voto:
Oben raus und nirgend an. Vel etiam; Antesser komm, führe uns
nach Blosula! Illa formula familiaris est Sagis Germania; posteri-
or veneficis Svecis, de quibus superiori anno sequentia ad nos sunt
relata: Die aus der Landschaft Elfdalen sagen: Daß man in eine
Grube gehe/welche nicht weit von einem Kreuzweg lieget/ und daß
ste mit einem Kleide auf Haupte rundumb springen/darzu auch auf
dem Kreuzwege lauffen/und dem Teufel zu 3. mahlen ruffen/im er-
stenmahl sachte/ im andern härter/ zum drittenmahl überlaut/ mit
diesen

Diesen Worten: Antesser komm / führe uns nach Blokula. Als
dann kommt er in unterschiedlichen Kleidungen zum Vorschein/
meistentheils aber in einen grauen Rocke / rothen Hosen / und blau
en Strümpffen / mit einem rothen Barte / hohen Hute / mit vielen
bunten Bändern rund um / auch mit vielen langen Bändern umb
die Hosen. Da fragt er dann / ob sie ihm mit Leib und Seele die
nen wollen? Wann sie hiermit zufrieden sind / so setzt er sie auf
Thiere / welche er zur Hand hat / und führet sie damit über Kirchen
und grosse Morasten / endlich kommen sie in eine grosse Weyde /
worinnen Blokula lieget. Unterwegens müssen sie aus den Kir
chen von den Altaren / und auch von den Glocken einig Geschra
bels mit den Zähnen abggenagt / mit sich nehmen / wann sie nun
von dem Teuffel gelehret werden / umb selbst durch die Luft zu
fahren / so glegt er ihnen ein Horn mit einer Salben / sich damit zu
schmierem / auch einen Sattel mit einem Hammer und Nagel / den
Sattel damit zu befestigen / alsdann ruffen sie den Teuffel an / und
fahren mit ihnen hinweg. *Hæc de translationis principio, quod
hic in controversiam non venit.*

§. II. *Medium iterum non unius est generis. Aliquan
dò enim est bircus, vel taurus, aliudve animal, non verum, sed phan
tasticum, h. e. ex variis vaporibus & exhalationibus formatum & à
Diabolo gubernatum. Aliquandò homo truculentus, sed vesti
bus regiis ac egregiis ornatus, qui sagas ternas quaternasque simul
asportat. Aliquandò arundo, colus, nec non scopa, aut furca, qui
bus post factam incantationem elevata à Dæmone avehuntur.
Sed nec de eo quæstio nobis est; de modo tantum impræsentiarum
solliciti sumus.*

§. III. *Modus autem duplex est, alius per imaginarium
alius per verum conficitur actum. Imaginarius est quando bene
ficio dæmonis per imaginationem, s. phantasiam sagis representan
tur, quæcunq; in conventiculo aguntur, etsi illæ domi interim
alto somno sepultæ consideant. Verus est, quandò verè in altum
tolluntur ad Sabbata sua celebranda. Atq; de hoc posteriori, non
priori jam jam disceptatur. Nam Phantasticus actus, à nemine,
adversariorum etiam, in dubium vocatur, quin imò res tota à mul
tis per hunc solum explicatur.*

§. IV.

§. IV Cæterum quod ad *ceremonias* & alias illius con-
ventus *circumstantias* attinet, eas prolixè describit *Martinus Delrio*
l. 8. p. 353. & ex eò *Schottus* l. d. p. 102. unde nos sequentia depro-
memus. Primum omnium sagis, ad comitia translatis, conspici-
endum se præbet Cacodæmon, conventus Præses, in folio sedens,
formâ terrificâ, ut plurimum hirci vel canis. Ad hunc obverso
tergò accedunt, majestatem ipsius veneraturi. Adorant autem
eum non genu curvato, sed eruribus in altum jactis, nec capite
in anteriorem partem prono, sed resupino, adeò ut mentum cœ-
lum respiciat. Tum candelis piceis oblati vel umbilico infantu-
li, ad signum homagii, eum in posterioribus osculantur. Peractâ
sic adoratione sacrificia fieri solent, quibus interdum liberos
suos Diabolo offerunt & occidunt. Interdum hostiam sacram,
ex ore extractam & asservatam, dæmoniç; oblatam, coram eo
pede conculcant. Posthæc assidere incipiunt mensis, facie vel
apertâ vel larvatâ. Solent autem diversæ esse mensæ, cibus non
nunquam delicatissimis, non nunquam valdè inspidis & insulsis
onustæ, quibus pro dignitate aut opibus singuli tractantur convi-
væ. Aliquandò suus cuiç; dæmon assidet, aliquandò malefici
unâ ex parte, & suus cuiç; dæmon ex adverso. Nec mensæ sua
deest benedictio & gratiarum actio, constans verbis blasphemis,
quibus ipsum Beelzebub & creatorem, & datorem, & conserva-
torem omnium profitentur. Absoluto convivio, choreas cum
Martinellis suis ducunt, ad tympanum fistulamve sedentis alicu-
jus in bifidâ arbore, dorsis invicem obversis & in orbem junctis
manibus, jactantes capita more fanaticorum, & cantantes fescen-
ninos in honorem dæmonis obscœnissimos. Delassatæ jam cum
amaliis dæmonibus foedisimè commiscuntur, non *phantasticè*
tantum, sed *realiter* etiam sæpè, ex quo tamen congressu verus
homo nunquam est oriundus. Deniq; instante termino, sua una-
quæq; narrat ab ultimo conventu facinora; quæ quò graviora, eò
collaudantur uberius; si nulla, vel non satis atrocis, verberantur
à dæmone vel à malificio quodam seniore. Atq; sic suas domos
repetunt, acceptis prius pulveribus vel venenis aliis, sæpè etiam
indicto cuiç; nocendi penso, & pronunciato pseudodei decreto:
ULCISCIMINI VOS, ALIOQVIN MORIEMINI. Si-
milia ferè, si non atrociora sunt, quæ ex Sveciâ accepimus: Sic
(die

(Die H:ren im Dorffe Mohra und andern umbliegenden Plätzen)
bekennen allesamt/ daß Blofula in einer schöne Weyden/ die groß/
und derer Ende nicht abzusehen/ gelegen sey. Der Versamlungs-
Platz hat vor dem Hause eine schöne gemahlete Pforte/ vor dieser
Pforten liegt bey dem Hause eine kleine verschlossene Weyde/ wo-
rin die Thiere/ darauf sie reiten/ gehen. Die Menschen aber die zu
solcher Reise gebraucht werden/ stehen im Hause bey der Thüre/
wofelbst sie dann so lange gegen die Maur stehende schlaffen. In
dem Saale des Hauses stehet eine lange Taffel/ woran sich die
Zauberinnen setzen. Bey dem Saale ist eine Kammer/ worinnen
schöne aufgezierte Betten stehen. Das erste/ das sie in Blofula
thun müssen/ ist/ daß sie alles müssen versagen/ und sich mit Leib und
Seels an dem Teuffel ergeben/ und solches mit einem Ende be-
kräftigen/ ihm (dem sie Pocyta nennen) zu dienen. Worauf sie sich
dann selbst in einen Finger schneiden/ und mit ihrem Blute sich in
sein Buch verzeichnen. Er taufft sie auch durch seinen Priester/ wel-
chen die Zauberinnen dazu bestellet haben/ und befestigen solche
Taufte mit vielen greulichen Eyden und Beschmerungen. Hierauf
gibt er ihnen eine Beutel/ worinnen das genagte von den Glo-
cken/ und woran ein Stein gebunden ist/ welchen sie in das Was-
ser werffen/ und dabey diese grausame Worte sagen: Gleich wie
dieses Geschrapel nimmermehr zu den Glocken kommen wird/ al-
so komme auch meine Seele nimmermehr in den Himmel/ zu wel-
chen Reden noch andere greuliche Lasterungen und Verfluchun-
gen gefügt werden. Das Schneid-Zeichen in die Finger befin-
det man nicht an allen. Ein Mägdlein aber welches über den
Finger geschnitten war/ bekante/ daß der Teuffel ganz eiffrig den
Finger ihr also aufgeschnitten/ weil sie solchen nicht hätte ausstre-
cken wollen. Nach diesem gehen sie an die Tafel sitzen/ und wel-
che dem Teuffel am liebsten sind/ sitzen nahe bey ihm/ die Kinder a-
ber müssen bey der Thür stehen/ wo er ihnen dann Essen und Trin-
cken gibt. Die Speisen sind Kohlsuppen mit Speck/ Haberbrei/
Butter/ Brod/ Milch und Käß/ welche nach ihren Muffaen, bis-
weilen gut/ bisweilen böß schmecken sollen. Nach der Mahlzeit
wird getanzt/ worunter greulich geflucht wird/ worauf sie sich auch
untereinander tapffer zerschlagen. Die von Eiffdalen bekanten/
daß der Teuffel selbst für ihnen auf der Harpffen spielete / darauf
mit

mit denen die er meist beliebete in eine Kämmer gieng und daselbst
fleischlicher Bollust pflegte/welches sie auch bekandten/das sie mit
ihm also zuthun gehabt hätten. Sie sagten auch/das der Teuffel
Söhne und Töchter hätte/die er zusamen verheyrathete/ und das
sie aus Beywohnung nichts als Kröten und kleine Schlangen an
statt der Kinder zeugten. Er soll auch bisweilen krank seyn/und
sich von denen Zauberinnen gleichsam curiren lassen. Einmahl
soll er sich auch tod bezeigt und in Blofula gross Traurigkeit dar
über verursacht/ bald aber sich wieder lebendig erwiesen haben.
Wann er will frölich seyn/sol er sie alle auf Spiessen umbreiten las
sen/ hernach aber mit den Spiessen die Zauberinnen blau und
braun schlagen/und darüber sein Gelächter haben. Er saget ih
nen auch vor/das der Jüngste Tag bald kommen würde/deswe
gen er ihnen ein steinern Hauß baute/worinnen er sie mit grosser
Lust und Freude bewahren wolte/wann sie aber in der besten Ar
beit wären/so fiel ein Stück von der Maur vor ihre Füße/wobon
etliche Zauberinnen gemeiniglich beschädigt werden/ dessen er
dann lachte/sie aber auch bald wieder curirte.

§. V. Porro *distingv. quoq;* est hic inter *translationem solius
animæ, & totius corporis, ex materiâ & formâ, constantis.* Nos
dum *conventum Sagarum realem* quandoq; asserimus, *sagas totas &
quâ animam, & quâ corpus* in alium transferri locum statuimus, re
jectâ interim illâ *Bodinianâ* tabellâ, quâ *animæ ipsarum, vi Sata
næ, extra corpora* abripi & ad nocturna conventicula portari fin
guntur. Hæc enim *animarum ereptio* dæmoni impossibilis omni
nò est. Nam quæcunq; actio infert *veram è mortuis resuscitationem,*
illa dæmoni est *impossibilis:* Atqui *animarum è corpore Sagarum
ereptio, earundemq; postea cum eodem redunitio, infert veram è
mortuis resuscitationem;* Ergò. *Major* probatur ex inæqualitate
efficientis & effectus. *Diabolus* enim causa est *finita, resuscitatio ve
rò est effectus infinitus. Minor* ex effectus illius quidditate patet.
Nam *animæ ereptio infert mortem & redunitio vitam, & consequen
ter è mortuis resuscitationem.*

§. VI. Neque tamen semper, sed nonnuquam tantum
realem illam Sagarum transmigrationem contingere censemus.
Haud enim ignoramus, *sagas de conventibus & tripudiis dæmo*

B

miacis

niacis aliquandò splendidissimè nugatas esse, cum tamen domi in
 suis jacuerint cubiculis somno profundo obrutæ. Exemplum me-
 morabile ex *Pauli Grillandi* Tr. de Sortilegio adducit *D. Carpovius*
Prax. Crimin. part. 1. qv. 48. n. 27. de saga quâdam, quæ cum
 unâ cum aliis carceri includeretur, quæstionibus exponeretur, con-
 fessa erat, se eâ ipsâ nocte ac horâ interfuisse lusibus diabolicis, quâ
 maritus juramento præstito assererat, se eam tum in lecto diligenter
 observasse, & non semel studiosè tetigisse. *Lutherus* quoq; Tom.
 1. Jen. fol. 126. meminit historiæ, ex *Job. Keisersbergio*, quod vetu-
 la aliqua, ut prædicatorem argueret mendacii, qui talia docuerat,
 esse falsa, seriò eum vocaverit, & adspectante illo sese inunxerit, se-
 densq; in furcâ, jamq; volens devehî, statim obdormiverit, & qui-
 busdam gestibus hinc inde se moverit, donec de scamno ceciderit
 & vulnus in caput acceperit. Vid. *Anton. de Torquem.* l. 1. p. 349.
 En astutias & præstigias Diaboli *μυειοτεχνη!* Rectè igitur *Phi-*
lippus lib. de Anim. *Quartum genus Somniorum est Diabolicum, ut*
cum venesica videntur sibi interesse convivii ac ludis, cum sæpè com-
perum sit, eas nusquam abuisse, sed dormientes, gestu & clamore so-
mnia conviviorum & saltationum significasse.

§. VII. Deniq; non sine causâ inscripsimus titulum disser-
 tationis nostræ de **CONVENTU SAGARUM AD SUA**
SABBATA, ut scil. constaret, de quonam nobis sermo sit. Nam
 alia etiam eas, præcipuè in viciniâ cohabitantes, sæpius instituere
 conventicula, nemo futurus erit, qui negabit. Quamobrem di-
 stingv. inter *conventum qualemcumq; & solemnem.* Non ille, sed
hic à nobis intelligitur.

SECTIO III.

KATAΣΚΕΤΑΣΤΙΚΗ

Sententiam veram adstruens.

§. I.

Duo sunt, quorum confirmatio hic tradenda: scil. *transporta-*
tionis Sagarum possibilitas, ejusdemq; actualitas. Possibilita-
 tem hoc argumento stabilimus: *Quicquid non excedit vires Diabo-*
li, illud ab eo fieri posse probabile est: Atqui corporalis Sagarum ad
conventicula sua Sabbatica translatio non excedit vires diaboli: Ergò

Mino-

Minorem probat (a) *Thomas* part. I. *Summ.* qv. 100, art. 3. ex eo, quod *Spiritibus completis omnia corporalia* obediant quoad motum localem. *Diabolus* verò est talis; E. Deinde (b) quoque ex paritate *angelorum bonorum & malorum*, eandem nos confirmare possumus. Nam si *angeli boni* è præditi sunt virtute, ut *corpora de loco in locum transferre* possint, nil impedit, quò minus & *diabolis* ea competat *potestas in Sagarum corpora transportanda*: Atqui verum est prius; Ergò. *Major* constat, quia *diaboli & angeli boni* non differunt ratione *essentia*, sed ratione *accidentalis bonitatis atque malitia*. Quicumque verò in *essentia* conveniunt, illi etiam in *naturali potentia*, essentiam consequente, conveniunt. *Minor* vel ex solo *Habacuci* exemplo patet, qui capillo in Babilonem ad *Danielem* translatus est ab angelo, Dan. 14, 35.

§. II. Sed oggannit *Ulricus Molitor* l. c. malè nos ab *angelis* ad *Damones* argumentari, eò, quod *angelorum* hac in re longè *major* sit *vis & robur*, quàm *demonum*. Verùm Resp. mera verba audimus; at quod pectus veri cupidum exfaturet, non invenimus. Dicit longè *majorem Angelorum esse virtutem*, quàm *demonum*; at unde hoc ipsi constat? *Probare* prius id debuisset, si effugere studuisset *fallaciam*, quam *Aristotelis* vocat *αἰρεσις τὸ ἐν δεξιῇ*. Præterea communis *Theologorum Schola* docet, *retinuisse Diabolos*, quæ *natura* erant dotes, *amisisse*, quæ *gratia*. Sed estne, quæso, *potestas movendi corpora*, donum *gratia*? Minimè. Accedit, quod ipso actu *damones* elevarint corpora: vel mille testium probante *avrovia*. Ubi verò *actus*, ibi non potest quoque non esse *potentia*. Sed satis de *possibilitate*.

§. III. Pergimus nunc ad ipsius *translationis actualitatem*, quæ probari potest (1.) ab *experientia testificatione*. Quicquid *experientia testificatur*, illud temerè negatur: Atqui *sagas nonnunquam* verè ad *conventicula sua transportari*, *experientia testificatur*; Ergò. *Major* in aperto est. *Minor* ex sequentibus patet. *Mulier* quædam *Sabiensis*, ait *Delrio* l. c. ex *Grillando* l. 2. de *Sort.* q. 2. & *Castro* l. 1. de *just. hæret. pun.* c. 16. hanc profitebatur *Diabolicam* artem. De quâ cum *Maritus* suspicionem haberet, interrogavit eam sæpius, quæ semper negavit. *Maritus* verò suspicionem suam persequens, anxie veritatem perquirebat: qui adeò astutè se gessit, quod

quod vidit illam quadam nocte se unguento quodam ungentem: quæ unctio peracta, vidit illam celerrimè quasi avem recedentem, & ex superiore domus solario ad inferiora descendentem. Illam maritus sequens, ut videret, quo tenderet, amplius eam non vidit, & accedens ad portam domus, invenit eam clausam. Quæ res magnam ei præbuit admirationem. Die verò sequenti iterum Maritus uxorem interrogat, quod anxie scire cupiebat; & illa constanter, ut antè, se nescire dixit. Maritus verò, ut amplius negare mulier non posset, apertè ei dicit omnia, quæ nocte præterita illam fecisse viderat. Deinde fustibus illam percutit graviter & duriora minuter verbera; nisi veritatem dixerit: quam si apertè exposuerit, veniam se illi daturum promittit. Mulier igitur, se jam celare non posse intelligens, veritatem aperuit, & veniam à marito petit: quam maritus hac conditione indulgit, ut illum ad tales congregationes adduceret. Illa verò ut veniam impetraret, facilè petita promisit, & promissum ex licentia Satanae implevit. Adductus igitur ille ad locum, ubi ludi fiebant, ludum & choreas, & cætera omnia contemplatus est; & tandem ad mensam cum reliquis, ut vesceretur sedens, cum cibos inspidos judicaret, petit sibi dari sal, quod in mensâ decrat: & quamvis iterum atq; iterum petisset, nunquam illi dabatur. Tandem cum post importunam petitionem prolixamq; expectationem sal illi daretur, dixit: *Lodato sia Iddio, che pur è venuto questo sale*: Nunc laudetur Deus, quoniam jam venit sal. Quibus verbis prolatis, Dæmones, quia laudes DEI audire refugiunt, statim recesserunt, & reliqui omnes disparuerunt, luminaribusq; extinctis manet ille solus nudus, quousq; mane factò, vidit, quosdam pastores; quos interrogavit, quænam esset illa patria, in quâ erat: illi verò responderunt, esse agrum Beneventanum in regno Neapolitano. Qui locus distabat à patriâ Viri per centum milliaria. Ob quam causam, licet dives esset, coactus fuit per viam mendicare, ut ad domum suam redire posset. Ad quam postquam pervenit, statim Uxorem suam ob lamia crimen accusavit, & totam rem gestam, ut narrata est, coram iudicibus exposuit. Qui rem totam plenè, ut oportebat, examinantes, vera esse omnia, quæ diximus, invenerunt. Quæ etiam mulieris confessione confirmata sunt. Hæc Delirio.

S. IV. (2) *Ex corporali sagarum ad alia remotissima loca translatione.* Quicumq; minoris voluptatis ergò in remotissima verò transferuntur loca, illos magis probabile est transportari quòq; ad sua Sabbata, longè majoribus gaudiis referta: Atq; de sagis ac magis veràm prius; Ergò, & posterius. Majori fundamentum sup-
peditat Maxima illa Logica: *Quod affirmatur de Minore, magis magis affirmandum est de Majore.* Sive, ut alii efferunt: *Si id inest, quod minus verosimile est, etiam illud inest, quod magis verosimile est.* Minor nota est ex experientia, quæ testatur, Sagas in disitis sæpius convenire locis, ut ibi sua conferant consilia, aliisque nocent, & voluptatibus fruantur. Quæ tamen omnia nihil illæ æstiment ad solemnia illa conventicula in monte *Bruderorum*, & alibi. Majoris evidentia ergo unum alterumve exemplum adscribemus. Erat, inquit *Balduinus Rossus* Epist. medic. 50. in pago *Oostbrouk* non procul à *Trajecto*, mulier vidua, cui Servus convixerat ad obœunda, ut res postulabat, munia domestica: Is cum jam sæpius, ut solent esse curiosuli servi, per transennam animadvertisset, heram nocte intempesta, statim ac quieti se tradidissent domestici, quotidiè in stabulum, ad certum præfixumq; locum venire, atq; ex porrectis manibus præsepi contiguum fœnile apprehendere, admiratur tandem ille, quidnam hoc negotii esset, statuit & ipse insciã herã idem semel experiri, atq; eandem pertentare aleam. Igitur hera ex consuetudine ad solita veniente, atq; sicuti videbatur digressa, subsequitur & ipse, locum contemplatur, atq; exemplo heræ fœnile complectitur: ibi ille ex tempore in aëra raptus defertur in oppidum *Wick*, in abditum & subterraneum specum, ubi costum maleficarum de maleficiis conferentem inter sese, reperit. Hera cum suis inopiniam famuli præsentiam admirata, rogat, quo astu, aut quã tandem ratione momento temporis illuc appulisset. Respondit ille ordine, ut res transacta esset: Tum illa indignari primum atq; excandescere cœpit, verita, ne nocturni atq; clandestini isti conventus hac ratione tandem eliminarentur: Cum consoribus igitur deliberandum censuit, quid in ambiguo hoc negotio faciendum, svadeant. Convenit tandem inter eas, ut amicè exciperetur, silentium stipularetur, atq; arcana hæc, quæ illi præter meritum,

atq; opinionem videre contigisset, nulli communicaturum se aut
revelaturum sanctè dejeret. Ille interim quidvis non pollice-
tur, ablanditur, & ut mitius agant, simulat se omnibus votis hoc
unum expetere, ut cum illarum gratia liceat posthac sortilega-
rum interesse collegio. Interim dum consultatur, labitur hora,
& jam abeundi tempus instat. In dubium iterum, instigante he-
râ, jam vertitur, remittendusne domum sit totius cætus pericu-
lo, an bono publico enecandus. Communi tandem omnium
consensu mitior placuit sententia, quæ juramento ad dictum do-
mum deferendum decerneret. Suscipit eam provinciam heras
atq; fide data in humeros receptum domum delaturum pollice-
tur. Accinguntur operi, atq; enrocitius per aëra feruntur, sed
ecce mensis jam bonam partem itineris, conspicuum sese dedit
lacus arundineto, obsitus. Ibi malefica illa anus occasionem
nacta, verita, ne juvenis poenitentiam ductus, quod furialibus
istis feriis (quemadmodum simulabat) initiatus esset, visa tan-
dem eliminaret, provolans à se disjecit adolescentem sperans, ut
suspicio est, eundem partim casus violentiam enectum, partim la-
cus ipsius altitudine absorptum iri. Verum ut est Deus miseri-
cors, prorsus non volens mortem peccatoris, sed ut convertatur
& vivat; vesanae illius menti metas constituit, neq; passus est, ju-
venem insontem submergi, sed aliquando aequiore conditione
permisit, ut in hunc usq; diem vita protraheretur, tum fortè for-
tuna in arundinem decidens, lethalem plagam ex casu non acce-
pit, violentia impetuq; casus per arundinetum quodammodo re-
fractis. Interim miser ille, qui solius lingvæ ministerio jam ute-
batur, dum illucesceret, mille distorquebatur cruciatibus ac su-
spira trahens, tantisper ingemiscebat, dum prætereuntes insoli-
ta lamentatione attoniti, facta indagine compererunt, hominem
prorsus elumbem, & cui utraq; excidisset coxa. Rogant unde sit,
quomodo eò calamitatis pervenerit? Narrat ille ordine singula,
defertur tandem curru Ultrajectum. Ibi nob. Vir Joan. Culem-
berg. Urb. Præt. rei novitate quodammodo percussus, admirabun-
dus singula perquirat, atq; indagine factâ fascinatricem heram
comprehendi jubet vinculisq; constringi. Illa simul ac in manus
Præfecti venisset, nihil negare, omnia fateri &c. *Hactenus Rossens.*
Vid. Spinaus quæst. de Strigil, cap. 17. seq.

S. V. *Ex unanimi Sagarum confessione.* Quicquid unanimiter omnes confitentur *saga*, illud probabile est verè accidisse. At qui corporalem nonnunquam ad sua sabbata translationem, unanimiter omnes confitentur *sage*; Ergò. Major suo gaudet robore. Quæ enim vana sunt, quæ delusoria, quæ phantastica, de iis certè tam perpetim una & consentiens omnium contestatio esse nequit. Neq; accurata etiam inter disjunctissimas locis & temporibus, atate ac moribus, *sagas* facilè reperiretur consensio, si phantastica tantùm essent ista conventicula. Cùm peculiaris cuiq; sit animi actio diversaq; imaginatio, nec cerebri aut phantasia omnium eadem dispositio, quæ damoni tamen ad hujusmodi imagines necessaria foret. Quid? quod constet minimè, quâ ratione mendacii tanta constet conformitas. Major itaq; propositio firmò nixa talo. Deinde quoq; Minor vacillationis omnis est expers. Experientia enim ad satiem nobis demonstrat exempla *sagarum*, *ὄμοιομαδὸν* realem corporum suorum transportationem confitentium, nec in minutissimis circumstantiis discrepantium. Ex multis ac ferè innumeris unum tantùm adducam, quod superiori anno in *Speciâ* contigisse, testes fide dignissimi confirmarunt. Verba hæc sunt: Die vom Dorffe Mohra verklärten meist dasselbige: sie wurden auch gefragt: Ob sie dessen/ daß sie persönlich und wachend weggeführt würden/ vergewissert wären? Welches sie alles mit ja beantworteten/ sagende dabey/ daß der Teufel bißweilen etwas in ihren Mäz legte/ welches ein vollkommenes Wesen von ihnen bezelgte. Eine aber von den Zauberinnen bekante/ daß der Teufel sie bißweilen entkräftete/ und den Leichnam liegen liesse/ welchen er aber auch offst mitführete. Idem etiam confessi sunt pueri, ab iisdem *sagis* corrupti! Diese Kinder beklagen sich alle/ über die von denen Zauberinnen angethane Plagen sehr jämmerlich. Man befragte sie/ ob sie auch dessen gewiß wären/ daß sie der Teuffel weggeführt hätte? Sie bekenneten solches alles mit ja/ daß solches alles in der That und gewiß geschehen wäre. Worauf auch die Zauberinnen gefragt worden/ ob der Kinder Bekantnis wahr wäre/ worbey eine Ermahnung geschah/ die Wahrheit zu bekennen/ von diesem Lügens Geiste/ dem sie dienten/ abzuweichen/ und sich zu GOTT zubekehren. Sie verläugneten aber alles mit grosser Hallstarrigkeit/ ohn e etnige Thränen/ ohngeachtet/ daß sie zur Bekantnis angestren-

strengt wurden. Hiermit wurden die Kinder allein geexaminirt/
umb zu erfahren/wie das Bekantnuß übereinstimmen möchte. Da
man dann alles gleichstimmig befunde. Etliche Kleine Kinder aber
wustten alle Umstände nicht zu sagen. Unter dessen examinirtē auch
die Geistliche die alten Zauberinnen/sie kuntten sie aber zu keiner Be-
kantnuß bringen. Sie blieben halsstarrig/ biß endlich einige mit
vielen Thränen zu einer Bekantnuß kamen/welche mit derjenigen
von Kindern übereinstimmete. Sah man also hierauf eine herbe-
liche Bereuung über die begangene Greuel/worauff sie um Gnade
bathen/sagende dabey/daß der Teufel(welchen sie Looyta benahm-
ten) einigen von ihnen den Mund zuhielte/ andern die Ohren zu-
stopffte/umb zu keiner Bekantnuß zu kommen. Wann er aber von
ihnen gewichen wäre/ so köntten sie nicht länger läugnen/daben sie
dann seine Betriegererey bald merckten. Kamen also die Bekant-
nüsse von denen in der Landschafft Elffdaalen/ mit denen in den
Dorffe Mohra meist überein. Vid. Grilland. l. 2. de sort. qv. 7. con-
ferantur item 7 Cri, aliq; ejuscemodi criminum inquisitores.

§. VI. Excipiunt quidem ad hoc ipsum argumentum adversarii,
dicentes, confessionem illam esse extortam, esse judicii corrupti &
phantasia depravata, adeoq; corporalem illam transmirationem
minimè sufficienter probare. Verùm Resp. (1) confessio illa unani-
mis est omnium tam penitentium, quam impenitentium. (2) Quid?
quod nec in ipso rogo, ubi nihil fictio profutura, & exhausta jam fe-
re sunt tormenta, rem dissimulent. (3.) Addunt quoq; quod præpri-
is notandum, se quandoq; phantasticè, quandoqve corporaliter
translatas esse. (4) Et si confessio extorta, si judicii corrupti, quo-
modò, quæso, tam omnium vel in levisimis circumstantiis recen-
sendis poterit esse conveniens. (5.) Accedit, quod non sola sagæ,
vel Magi, sed alii quoq; ab eorum crimine immunes, qui curiositate
aut inconsiderantia ad illa conventicula deducti fuere, idem confi-
teantur. Hinc portò probamus Thesin nostram.

§. VII. (4.) Ex aliorum, sagas concomitantium, reali dedu-
ctione & reversione, Si enim alii, sagas concomitantes beneficio
unguenti à Diabolo verè in dis sita deducti fuerunt loca, & per aliquot
milliaria deinceps reverterunt, sequitur, quod nec illud de Magis sit
negandum: Atqui verum prius: Ergò & posterius. Majoris con-
nexio

nexio firma. *Admon.* partim ex antecedentibus, partim ex sequenti
patet historiâ, quam narrat *Job. Bodinus* lib. 2. *Dæmon.* c. 4. Vir
quidam tenuis, cum Uxorem interdum abesse noctu perciperet,
bonamq; noctis partem emanere; Prætereâ dicentem, se aut
ad deonerandum alvum egredi, aut ad lavandum cum vicinâ
suâ, aliquoties falsi evicisset, suspicionem concepit de perfidâ
ejus libidine, & necem interminatus est, nisi locum, quò profi-
cisceretur, indicaret. Illa sibi à periculo metuens, rem, ut erat,
confessa est: Atq; ut explores & videas, remita se habere (ait illa)
si volueris, eodem venies. Tunc tradidit ei unguentum, quò se
uterq; inunxerunt, & pronunciatis aliquot vocibus, Diabolus eas
Lochiis in arcuarias Burdegalenses (quæ à Lochiis minimum quin-
decim dierum spatio absunt) exportavit. Videns itaq; Vir, se in
ignotâ Magorum & diabolorum humanâ specie, aspectus tamen
horrifici, frequentiam versari, dicere cœpit: *Deus mi, ubinam su-
mus?* Hoc dicto repente cœtus disparuit; Ille verò cernens nu-
ditatem corporis sui, oberravit per agros nudus, donec manè ru-
sticos invenit, qui ipsi in viam deduxerunt. Reversus Lochias, ad
Quæstorem rerum capitalium contendit rectâ: qui auditâ probè
historiâ, foeminam prehendi jusit: Illa verò minutatim omnia,
quæ diximus, confessa est, & ultrò agnovit peccatum.

SECTIO IV.

ΑΝΑΣΚΕΤΑΣΤΙΚΗ,

Argumenta Adversariorum diluens.

OBJECTIO I.

Quidam Dæmoni est impossibile, illud quoq; non prestat: At-
qui corpora sagarum tam gravia subitò in superiorem aërem
tollere, & intra tantillum temporis spatium, in loca præser-
tim longè disita, transportare, dæmoni est impossibile; Ergò. Ma-
jorem probant, quia nihil agit ultra Sphæram suæ activitatis.

SOLUTIO.

Resp. Neg. Minorem. Diabolus enim robustior est quo-
vis corpore humano, etiam Giganteo. Et quia possibilitatem
suam

suam monstravit in uno & altero, & non idem posset in ceteris, quæ cum prioribus ejusdem sunt ponderis & magnitudinis? *Simon Magus* à malignis Spiritibus verè sublatus, sed precibus *Petri* detrusus, repentino elisu extinctus est, teste *Egesippo* l. 3. Excid. Hieros. c. 2. *Apollonius Tyaneus* verè à suo Spiritu, *Smyrna* *Ephesum* translatus est, referente *Philostrato* in ejus vitâ: *Antidius*, *Turonensis* Episcopus, verè à *Cacodæmone*, *Turone* *Romam* delatus, & ab eodem *Româ* *Turoni* relatus est, teste *Sigeberto* in *Chron.* sub ann. 411. Vid. *D. Konig.* l. a, p. 41. Quid igitur obstaret, quo minus in *Sagis* quoque idem præstare posset *Cacodæmon*? Nulla fanè apparet impossibilitas nec ex parte moventis, nec ex parte mobilis. Tametsi quidem *modus* angelicus movendi corpora, penitus nobis non sit perspectus, certum tamen est, quod ab ignorantia modi ad negationem rei ipsius *N. V. C.*

OBJECTIO II.

Quicumque intra istud tempus, quo longius abesse dicuntur, sunt tamen locis fixi verè tenentur & ne pedem quidem vel extra lectum vel extra limen movent, illi verè & corporaliter non sunt transportati; At qui supra intra istud tempus, quo longius abesse dicuntur suis locis fixi tenentur &c. Ergo. Major in propositulo est; quia corpore avari, & tamen eodem in suo sita stabilem simul permanere, impossibile videtur. Minorem variis comprobant exemplis *Olaus Magnus*, *Testatius*, *Grillandus* aliiq;. Et constat ex vitâ *D. Germani*, de *Mulierculis* convivantibus, ut videbantur, & tamen domi repertis dormientibus.

SOLUTIO.

Resp. (1.) Limit. Major ex parte *Predicari* h. m. Q. intra istud tempus &c. illi verè & corporaliter, scil. eo tempore, quo in lectis fixi, non sunt transportati. Atq; sic conceditur totum Argumentum. Nam uti *transvectionem* quandoq; pbantissime fieri, concedimus; ita eam semper esse talem negamus. Committitur igitur *fallacia ignorantie Elenchi*, dum statim controversia ignorant & pervertunt contradicentes, & male quoque apud *lucula* ad universale argumentantur. (2.) Quod si verò *Minorum*

uni-

universaliter enunciatur; oppidò ea falsa est, cum contrarium
vel ex Antecedentibus satis superq; constet. (3.) Adde, quod
adhuc *νενομήσθαι* sit, utrum illæ Sage, quæ, dum longius abesse cre-
ditæ sunt, & tamen suis in lectis immotæ jacuerunt, fuerint phanta-
stica, an vera? Quæ enim fieri nequeat, ut diabolus in locum ab-
sentis Sage aliam personam substituatur, quæ quoad formam & cate-
ros actus absentis vicem sustineat? Audiatur modò Carpozovius
part. 1. Prax. Crim. qv. 48. n. 59. ita hæc de re differens: Ne for-
se lamiarum absentia à maritis in loco deprehendatur, ille per in-
cantationem aurem maritorum vellicando dexterâ manu, prius in-
cantato unguento illitâ, eis conciliant somnum, è quo non facile pos-
sint excitari: Vel personas quasdam jam dormientibus maritis a-
dumbrant, quas, si contingeret inter ea expergisci, suas uxores esse
putarent: Vel etiam alius demon in formâ succubi ad latus marito-
rum adjungitur, qui loco Uxoris sit, & si opus fuerit, omnia illius
officia in thoro conjugali subeat, ad quæ Diabolus se promotissimum
exhibet, seq; ita accommodare scit, ut etiam sapientissimum
quemq; fallere possit.

OBJECTIO III.

Q. Personæ subito evanescent, illæ non sunt vera, sed phanta-
stica; Atqui conventus Sagarum Personæ subito evanescent; Ergò
Major firma, quia verum corpus subito evanescere nequit. Minor
experientiâ constat, quæ testatur, sagas in illis conventibus inter-
dum pronuntiatio nomine JESU subito disparuisse.

SOLUTIO.

Resp. Limit. Majorem h. m. Q. personæ subito evanescent, sc.
proprie & strictè sumto evanescendi termino, illæ non sunt vera:
Jam cadit Minor. Sage enim, quæ conventui interfuerunt, non
evanuerunt, sed præstrictis cernentium oculis à suis dæmonibus ce-
lerrimè fuerunt ablatae: & sic disparuisse dicuntur, late & impro-
priè accepto vocabulo, prò desierunt videri.

OBJECTIO IV.

Si in ipsis Sagis celebrantur choreæ, Diabolo occupante ani-
mos, formanteg; ad libicum phantasmata, sequitur, quod non opus

fit, ad externa rapi loca. Atqui verum est prius; Ergò & poste-
rius.

SOLUTIO.

Resp. Hoc argumentum id solùm evincit, quod Diabolus
animos potius occupare, & à Deo alienare studeat: Id quod nos
non negamus; Sed tamen occupato *animo corpus* non dimittit:
Imò per *corpora* petit *animos*, & quamvis ipsi non *opus sit* trans-
latio ad se ducendos *animos*: *Præstat* tamen illud facere, cum
propter *sacra*, instar festi solennis, Judæorum imitatione, uno in
loco celebranda; tum *colligende servandæque turbae*, & imperii sta-
biliendi causa, tum quod non quovis in loco expedire sua decreta
possit, & *judicia exercere*.

OBJECTIO V.

Q. absurdum, non est asserendum. Atqui *absurdum est, è lecto
conjugali, divinitus & mandato & custodito, à Diabolo rapi sociam,
Marito non sentiente.* Ergò. Præterea *interrogati nonnunquam
mariti, nusquam abiisse Conjuges sunt contestati.*

SOLUTIO.

Resp. (1.) Si *absurdum* in eâ, quâ debet, significatione
intelligitur, *Major* propositio falsa est. Multa enim sunt *absur-*
da, quæ tamen non neganda. *Absurdum est, nivem non esse al-*
bam, at quid verius? *absurdum est, lapideam dari chariâ;* fal-
sum tamen non est. (2.) Multa fiunt *permittente DEO*, etiam
quæ *absurda*, imò *impia* nobis videntur. Quid *absurdius* exco-
gitari poterat, quàm *Filium Dei abducendum à Satana*, atq; à Ju-
dæis cruci affigendum esse? quod tamen contigisse, sacræ literæ com-
memorant. (3.) Si dæmon potest fascinare *mulierculam*, cur non
& *obicere viro phantasiâ præsentis Uxor* valeret? (4.) Testa-
tur *Libavius Sing. Part. I. p. 324.* abeuntem *maritam* pocula duo
secum portasse ad Sabbata, quæ postea relicta inventaq; ad mariti
manus redierunt.

OBJECTIO VI.

*Cujuscunq; rei instrumenta sunt vana & suspecta, illa ipsa quo-
que talis est.* Atqui *transportationis Sagarum instrumenta sunt*

vana & suspecta; Ergò. *Majorem* probant: quia *qualis causa,*
talis etiam effectus. Pro *Minore* dicunt, nullam unguento inesse
vim ad *evolandum.* *Melancholicas* quidem *imagines* procreare id
posse; *corpus* verò *minimè* *promovere.* Sic ineptum quoque esse,
furcà / *copisq;* *infidentes* *equitare,* & quæ sunt alia.

SOLUTIO.

Resp. (1.) Neg. *Majorem*, quia multarum sæpè rerum *in-*
strumenta suspecta sunt; propterea tamen res ipsa tollenda non
est. De loco in locum moveri, malum non est: licet nonnunquam
illius *motionis* *media,* *pallium* videl. aut *furca,* *superstitiosa*
sint. Sic nec rejicienda statim *vulnerum* *curatio* est: quia inter-
dum per *unguentum* *armarium* facta. Servetur *usus,* tollatur
abusus. Et quemadmodum non omnia, quorum *instrumenta* sunt
bona, *laudem* propterea merentur: quis enim *superstitionem* pro-
bet, quæ *dictis* *Scriptura* utitur, vel potius abutitur? Ita nec om-
nia ea *vituperanda,* aut *neganda,* quorum *organa* *minus* apta
esse videntur. Ad probationem verò *Majoris* resp. disting. inter
causam *principalem,* & *instrumentalem.* De illa loquitur *regula*
allegata, non de *hæc.* (2.) Tametsi igitur *instrumenta* vel *media*
illius *transportationis* sint *ludicra* & *absurda:* Talis tamen *re-*
tor & *gubernator* illorum *primarius* non est. Hic enim satis
aptus atque potens est, ad *transportationem* illam *perficien-*
dam.

OBJECTIO. VII.

Quicquid *contra naturam* corporis est, *asserendum* non est:
Atque *corpora* *sagarum* *gravia* *brevi* *momento* *multa* *millia* *passuum*
percurrere, *contra naturam* corporis est; Ergò. *Minorem* probant,
quia *corpora* illa aut *naturaliter* moventur, aut *violenter;* sed neu-
tro modo: quia *respirare* nequeunt paulò *concitatiùs* *currentes,* &
sic multo *minus* per *aërem* *raptæ* *sagæ:* Sine *respiratione* verò *vita*
esse non potest.

SOLUTIO.

Resp. (1.) Committitur *fallacia* *ignorationis* *Elenchi.* Non
eius querimus: An *brevi* *momento* *sagæ* *tam* *longam* *possint*

conficere iter? Sed an *vere & realiter* transportentur à Satanâ? Hoc affirmamus, non illud. (2.) Disting. inter *breve aliquod temporis spatium*, & inter *breve momentum*. Dicimus, si non *momento*, brevi tamen *temporis spatio* emetiri aliquot passuum millia sagas posse, adjuvante Diabolo. Idq; ut credamus & dicamus, inducit nos velocissimus *stellarum vastissimarum motus*. Accedunt *exempla Elia, Philippi & alia*, quin & ipsius *Salvatoris*. (3.) Et finge, illo motu sagas seu dementari, seu affici instar eorum, qui *lipothymia & ecstasi correpti* satis diu spiritu carent; propterea tamen anima non statim ipsos reliquit. *Inhibita enim tantum respiratio est, non prorsus sublata.*

OBJECTIO VII.

Corpus naturale non potest nisi naturali motu transferri. Diabolus procedit quidem & mutat loca, sed absq; motu locali. Eum sequi naturale corpus sage non potest. Non enim conciliantur motus nature & processio Spirituum, & est motus passio quaedam materia, quæ formis non competit nisi ex accidente. Quin in loco non est propriè nisi corpus locale.

SOLUTIO.

Non video, quid hac sibi objectionem velit pars adversa. Num forsan *corpus alio modo moveri* asserit, quàm *Spiritum*? At hoc & nos statuimus nec negavimus unquam. Disting. itaq; inter *motum Physicum*, & *pneumaticum*, propriè & impropiè dictum: sive inter *mutationem ubi & loci*. Non dicimus, *demonem moveri propriè, Physicè mutando locum*; sed *impropiè, Pneumaticè, per mutationem ubi*; Et quamvis *adjungat se corpori Sagarum*, illudque secum abripiat; Propterea tamen *motus localis ipsi non est tribuendus*. Alius *motus corporis assumti*, alius *Demonis* est. Et duo cum faciunt idem, non est idem. Interim *disting. inter moveri æquivoce*, & *per accidens*. Prius, non posterius Spiritibus adscribimus. Vel inter *Tò moveri per accidens subjectivè s. intrinsecus*, quando movetur aliquid ratione subjecti, à quo dependet, & *per Accidens attributivè s. extrinsecus*, quod in se non est subjectum motus, neq; per accidens, sed attribuitur alicui subjecto, quod movetur per se. Sic *Dæmon non movetur per*
Acci-

Accidens intrinsecus; aliàs enim uniretur corpori per modum forme, nec ita moveri posset, nisi ita intimè uniretur; quod tamen ejus natura non admittit: Sic enim Angelus ut forma cum materia constitueret totum essentialè *Physicum*. Movetur verò per *Accidens extrinsecus*, quia in se quidem est immobilis, jungitur tamen alicui per se mobili, ut corporibus humanis, quando illa assumit. Vide *Zeisold.* in *Pneumat.*

OBJECTIO IX.

Si transportatio illa esset vera, iisdem furcis & unguenti admixtulis transferentur & alii, possetq; ars doceri. Sed posterius non est; Ergò nec prius.

SOLUTIO.

Resp. Negando Minorem. Cùm enim vis translationis nec unguenti sit, nec precum, non quilibet iis adhibitis avolabit, sed qui ex pacto debet, *permissu Dei*, si quidem *procuratori Stygio* etiam placuerit. Deinde nihil frequentius accidit, quàm *innocentes* magiæ veneno infici. Testis ubiq; ferè experientia, cum primis in *Svecia*, ubi trecenti amplius pueri, in quibus multi quatuor vix annos nati, corrupti à veneficis atq; *Diabolo* traditi sunt: Quà de re sequentia extant testimonia: *Nachdem es Ihr Königl. Majestät allergnädigst beliebet hatte/ über die entdeckte Zauberey in dem Dorffe Mohra und umliegenden Orten/ eine Commission, so wohl von welt. als geistlichen Personen anzustellen/ eine fleissige Untersuchung deshalb zu thun/ so sind am 12. Augusti 1669. Die sämtliche Herren Commissarii im besagten Dorffe in des Priesters Haus gekommen/ und von den geistlichen und vornehmsten Inwohnern solches Orts sehr bewillkommet worden/ mit Wünschen/ daß sie von ihrem jämmerlichen Zustande möchten erlöset werden. Sie erzehlten darauf mit Thränen und Seuffzen die wunderbar und nie erhörte Geschichte von des Teufels Betrieb: Wie daß er in ihren Ohren durch der Zauberinnen Hülffe einige hundert Kinder an sich hätte ziehen und in seine Gewalt bringen*
Kön

QA
TH
1027

können. Et postea: Man befunde nach gehaltenem Examine
im besagten Dorffe 70 Zauberinnen / wovon man 23. zum Tode
verurtheilte / welche alle gutwillig bekand hatten / andere / die
schwanger waren / und ihre gethane Bekantnis wieder geläugnet
hatten / wurden nach Saluna geschicket / woselbst sie aber auch meist
nach einander sind getodtet worden. Es wurden auch 15. Kinder
welche ihre Gemeinschaft mit solcher Zauberey bekentt hatten /
getodtet. 36. Kinder zwischen 9. und 16. Jahr alt wurden mit
Spisbruthen gegeiffelt. Zwanzig Kinder / welche man auch zu
diesem Greuel gesiant vermercket / wurden wegen ihrer Junghheit
verurtheilet 3. Sontage nach einander in den Kirchthüren mit
Ruthen in der Hand zu stehen. Die obige 36. Kinder / welche
die Spisbruthen erleiden mussten / müssen dieser Straffe / die Rus
then Sonntäglich in den Kirchthüren zu halten / ein ganzes Jahr
unterworffen seyn. Die Zahl der Kinder / welche von den Zau
berinnen sind verführet gewesen / ist ohngefehr drey hundert.


Sieben und vlerzig wurden zu einer nähern Erforschung
bewahrt / weiln man sie zu keiner Bekantnis
bringen konte.

S. D. G.



1077

nc



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

